

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] religio sit vna virtus? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

timoris , sed quod ordinetur ad ipsum sicut ad ali-  
quid principalius . Sunt enim dona principaliora vir-  
tutibus moralibus , ut suprā \* habitum est .

q.9. ar. 1.

Ad secundum dicendum , quod etiam seruus potest ad al-  
voluntariē exhibere domino suo quod debet : & sic 1.2. q.68.  
facit de necessitate virtutem , debitum voluntariē ar. 1.2. 3.  
reddens . Et similiter etiam exhibere Deo debitam . C 4.  
seruitutem potest esse actus virtutis , secundum quod  
homo voluntariē hoc facit .

Ad tertium dicendum , quod de dictamine ratio-  
nis naturalis est , quod homo aliqua faciat ad reue-  
rentiam diuinam . Sed quod hæc determinate faciat  
vel illa , istud non est de dictamine rationis natura-  
lis , sed de institutione iuris diuini , vel humani .

## ARTIC. III.

428

*Vtrum religio sit vna virtus ?*

A D tertium sic proceditur . Videatur , quod reli-  
gio non sit vna virtus . Per religionem enim or-  
dinatur ad Deum , ut \* dictum est . In Deo autem est  
accipere tres personas , & iterum multa attributa ,  
qua saltem ratione differunt . Diuersa autem ratio-  
nib[us] obiecti sufficit ad diuerfificandum virtutes , ut ex su-  
pra † dicitis pater . Ergo religio non est vna virtus .

Inf. ar. 4.

ad 1. C

2.

\* a. 1. ku

ins. q.

¶ 2 Præterea , Vnius virtutis vnu est actus . Habi-  
tus enim distinguuntur secundum actus . Religionis  
autem multi sunt actus , sicut colere , & seruire , vou-  
re , orare , sacrificare , & multa huiusmodi . Ergo reli-  
gio non est vna virtus .

† q. 50. a.

2. ad 2.

C 9. 47.

ar. 5. C

9. 23. 4. 4.

C 5.

¶ 3 Præterea , Adoratio ad religionem pertinet .  
Sed adoratio alia ratione adhibetur imaginibus , &  
alia ipsi Deo . Cum ergo diuersa ratio distinguat vir-  
tutes , videtur quod religio non sit vna virtus .

S E D contra est , quod dicitur Ephe. 4. Vnus Deus ,  
vna fides . Sed vera religio protestatur fidem vnius  
Dei . Ego religio est vna virtus .

R E S P O N D E O dicendum , quod sicut suprā  
habitum \* est , habitus distinguuntur secundum diuer-  
sum rationem obiecti . Ad religionem autem perti-  
net in loc. cō-  
tatis ar-  
gunt. 1.

net exhibere reuerentiam vni Deo secundum unam rationem, in quantu scilicet est primum principium creationis, & gubernationis rerum: unde ipse dicit Malach.1. Si ego pater, ubi honor meus? Patris enim est & producere, & gubernare. Et ideo manifestum est, quod religio est una virtus.

Ad primum ergo dicendum, quod tres personæ diuinæ sunt unum principium creationis, & gubernationis rerum: & ideo eis una religione seruitur. Diversæ autem rationes attributorum concurrunt ad rationem primi principij: quia Deus producit omnia, & gubernat sapientia, voluntate, & potentia bonitatis suæ. Et ideo religio est una virtus.

Ad secundum dicendum, quod eodem actu homo seruit Deo, & colit ipsum. Nam cultus respicit Dei excellentiam, cui reuerentia debetur: seruitus autem respicit subiectionem hominis, qui ex sua conditione obligatur ad exhibendum reuerentiam Deo. Et ad hæc duo pertinent omnes actus, qui religione attribuuntur: quia per omnes homo protestatur diuinam excellentiam, & subiectionem sui ad Deum, vel exhibendo aliquid ei, vel iterum assumendo aliquid diuinum.

Ad tertium dicendum, quod imaginibus non exhibetur religionis cultus, secundum quod in seipsis considerantur quasi res quædam, sed secundum quod sunt imagines ducentes in Deum incarnatum. Motus autem qui est in imaginem, prout est imago, non consistit in ipsa, sed tendit in id cuius est imago. Et ideo ex hoc quod imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non diversificatur ratio latris, nec virtus religionis.

## ARTIC. IV.

429 *Vtrum religio sit specialis virtus ab alijs distingua?*

*cap. 6. in  
prin. 30.5* **A**d quartum sic proceditur. Videtur, quod religio non sit specialis virtus ab alijs distincta. Dicit enim \* Aug. 10. de ciu. Dei, Verum sacrificium est